

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

Locus Luc. 7. 38. Illustratur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

das αὐτῷ τοῖς δάκρυσι, καὶ ταῖς θρίξι τοῖς
κεφαλῆς αὐτῆς ἐξίμασσε. καὶ κατεφίλατὸς πόδας αὐτῷ. καὶ ὥλειφε τῷ μύρῳ:
Stans retro secus pedes ejus, lacrymis cœpit rigare pedes ejus, & capillis capitinis sui tergebat, & osculabatur pedes ejus, & unguento ungebatur. Ex quo loco colligunt, Christum nudis pedibus accubuisse cum hoc beneficium in mensa præstare mulier non potuisset, nisi Christus semijacens in lectulo accubuisse, depositis soleis, sive sandaliis, peracta cœna resumendis. At, cum dici possit, eam mulierem & ungere, & osculari, & lacrymis rigare, & abstergere Christi pedes potuisse, licet nudis pedibus non accumberet mensæ, cum nudi fuerint in parte superna, quia sandaliis, sive soleis, quæ plantam tantum pedis, non pedem integrum tegebant, ex more gentis utebatur: Respondent. non fuisse partem supernam prorsus nudam, cum soleæ corrigiis pedibus alligarentur, ut patet ex forma caligæ, quam superius dedimus. Observari dein pag. 140.
de volunt mulierum Christo à ter-

L 5 go

250 De CALCEIS HEBRAOR.

go stetisse, uti claris verbis Lucas refert: *σῶμα παρεῖ τὸς πόδες αὐτοῦ ἀπίστω* unde Christus, in latus recumbens more Romanorum, plantas potius soleatas obvertisset, quam partem supernam seminu-dam. Adderem ego, in quo fortasse plus est virium, haudquam mulierem Christi pedes soleatos unxisse, quod tamen diserte Lucas, *καὶ ἡλειφε τῷ μύρῳ*. Nunquam enim pedes, quorum frequens fuit unctio apud plerosque populos, cum soleis ungebantur.

Curt. lib.
8. cap. 9.
Ipsi Indi, uti refert Curtius, *demp-tis soleis, odoribus illinunt pedes.*

Quare expedita est difficultatis omnis evitandæ ratio, si dicamus Servatorem, dum accumberet mensæ, soleas deposuisse, ac pro more istius temporis nudis pedibus cœnasse. Id ipsum observare est, cum Johannes refert, Christum lavasse Apostolorum pedes: *Ἐγέρεται, inquit, εἰ τὴ δεῖπνη, καὶ τιθητ τὰ ἴμάτια. καὶ λαβὼν λέντιον διεζώσει ἑαυτόν.* Eīta βάλλει υδωρ eis τὴν πιλῆα, καὶ ἔρχεται νίπτειν τὸς πόδας. τῶν μαρτυρῶν. καὶ σκυμάσειν τῷ λευτίῳ, οὐ γάρ διεξωσμόμενο. Surgit à cena

Joh. 13.
4. 50.

6